



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Syntaxis Historiæ Evangelicæ

Cope, Alan

Lovanii, M.D.LXXII.

65. Cæcus du[m] curatur, videt homines specie arborum incedentes.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47925](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-47925)

CAP. 65. Cæcus dum curatur, videt homines specie arborum  
incedentes. Mar. 8. \* 64.

S. Mattheus	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
<p><b>E</b>T veniunt Bethsaidâ : &amp; adducunt ei cæcum, &amp; rogabant eum vt illum tangeret. Et apprehensa manu cæci, eduxit eum extra vicum : &amp; expuens in oculos eius impositis manibus suis, interrogauit eum siquid videret. Et aspiciens, ait, Video homines velut arbores, ambulantes. Deinde iterum imposuit manus super oculos eius : &amp; cœpit videre, &amp; restitutus est, ita vt clarè videret omnia. Et misit illum in domum suâ dicens, Vade in domum tuam : &amp; si in vicum introieris, nemini dixeris. * 66.</p>			

CAP. 66. Petro consenti Christum esse filium Dei viui, clauis regni celorum  
promittuntur. Matth. 16. \* 64. Mar. 8. \* 65. & Cap. 9. Luc 9. \* 47.

S. Mattheus.	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
<p><b>V</b>enit autem Iesus in partes Cæsareę Philippi : &amp; interrogabat discipulos suos dicēs, Quē dicūt homines esse filiū hominis? At illi dixerunt, Alij Iohannem Baptistā, alij autem Eliā, alij verò Ieremiā, aut vnum ex prophetis. Dicit illis Iesus, Vos autem quem me esse dicitis? Respondens Simon Petrus dixit, Tu es Christus, filius Dei viui. Respondens autē Iesus, dixit ei, Beatus es cui dicerent de illo.</p>			
<p><b>E</b>T egressus est Iesus &amp; discipuli ei in castella Cæsareę Philippi : &amp; in via interrogabat discipulos suos, dicens eis, Quē me dicunt esse homines? Qui responderunt illi, dicentes, Iohannem Baptistam, alij Eliam, alij verò Ieremiā, quasi vnum de prophetis. Tunc dicit illis, Vos verò quem me esse dicitis? Respondens Petrus, ait ei, Tu es Christus. Et comminatus est eis, ne le increpans illos,</p>			
<p><b>E</b>T factum est : cum solus esset orans, erant cum illo &amp; discipuli : &amp; interrogauit illos dicens, Quē me dicūt esse turbę? At illi respōderunt, &amp; dixerunt, Iohannē Baptistā, alij autē Eliam, alij verò quia vnus Propheta de prioribus surrexit. Dixit autē illis, Vos autem quem me esse dicitis? Respondens Simon Petrus dixit, Christum Dei. At ille increpans illos,</p>			
<p>M 4 præ-</p>			